

in aliis diuersis loquitur, vt patet, & quilibet in suo casu procedit, nec vna alteram corrigit, aut laedit.

Deueniendo nunc ad repulſas ſingularum teſtium Magnatis diſſentientis, de hoc deponentium dicimus, teſtes conſanguineos mulieris ſecundi matrimonij non eſſe idoneos teſtes in fauorem eius, eo quod patiuntur ſimul plures defectus cum conſanguinitate præd. nempe, quod ſua conſanguinea ſuit cognita carnaliter à præd. ſuo viro, & ſic agitur de honore familia, & ideo ardentiffime deſiderant, ſecundum matrimonium declarari pro valido, in cuius fauorem deponunt, & primum pro nullo, & præterea fuerunt mediatores, & authores præd. ſecundi matrimonij, idque uſque ad finem debitum perduxerunt tanquam fautores ipſius Magnatis, cum aſſecando, quamobrem non ſunt legitimi teſtes iuxta ſupra reſoluta: nec frater carnalis præd. Magnatis, quia cohabitauit cum ipſo, & ab eo in eadem domo, & menſa alitur, cæterum adſunt alij plures teſtes dicti diſſenſus legitimi, & idonei, quibus credendum eſt, licet ſint conſanguinei, vel domeſtici, vt probauimus.

Alius teſtis, qui fuit mediator, & proxeneta ſecundi matrimonij eſt idoneus, eique fides dari poteſt, propter ipſius magnam qualitatē, vt conſtat ex actis, ſiquidem hoc reliquitur arbitrio iudicis, ut ſupra reſoluimus agendo de eius repulſa.

92 Quod etiam probatur ex l. 36. tit. 16. partita 3. aſſerente, que el corredor de conſentimiento de partes puede ſer apremiado a teſtificar: pero no contra voluntad de una de las partes. ſi el de ſu grado no quiſiere venir a dezir ſi dicho: ergo cum præd. teſtis in propoſito ſponte ſua depoſuerit in hac cauſa admitti debuit, & fidem facit: & ita ibi Gregor. Lopez referens opiniones diuerſas, quæ circa hoc erant de iure communi, de quibus ſupra egimus: tandem inquit, cogita, quia cum iſta lex loquatur ita indiſtincte, & generaliter, forte indiſtincte eſſet intelligenda, & quia non debet præſumi quod proxeneta propter modicum commodum, vel affectionem deieret: & de iure Canonico mediatores, ſi non agatur criminaliter, ſed ciuilitur, & emolumentum non fuerint aſſecuti, admittuntur in teſtes, vt in ca. 1. de teſtib. lib. 6. qui loquitur in mediatores ſimoniz, in quibus idem cum aliis probat Farinat. de oppoſ. contra teſtes, quaſtione 60. numero 420. cum ſequentibus, vbi id declarat.

93 Quinimo fauore matrimonij proxeneta admittitur in teſtem, eique creditur, vt cum aliis probat Farinat. vbi ſupra, numero 442. vbi numeris ſequentibus inquit, quo licet contrarium teneant Alexand. Decius & alij, quos ibi citat, verius tamen eſt. eum admitti, ſed non reputari integre fidei, & omni exceptione maiore, ſecundum alios, quos ibi reſert, & tandem addit iudicis arbitrium eſſe remiſum, quanta fides ſit iſto caſu proxeneta teſti adhibenda: quod ſi proxeneta eſſet perſona multum integra, & legalis (vt hic) bene probaret ſecundum iuram Farinat. vbi ſupra, num. 439. & hoc procedit ſuppoſita magis communitate à Doctõribus recepta ſententia, quæ habet, quod proxeneta teſtis eſſe non poteſt in negotio ¶ in quo fit mediator, juxta gloſſ. Aub. de iſtrument. cau. & fide. §. in hio. in verbo ad numeratorem, & in aliis locis. & quamplures Authores, quos congerit hoc affirmans Farinatius vbi ſupra, numero 406. & 408. quæ communis regula patitur præd. limitationes quæ faciunt ad propoſitum, & alias plures, cum nihilominus contraria ſit etiam communis, imo eam veriorem, rationabiliorem, & magis communem creditit Rota Ianuen. 188. numero 7. quam ad hoc reſert Farinat.

vbi ſupra numero 407. ad fin. præſertim tamen numerum ſequenti in fine regulam negatiuam contrariam primò relata, ſine dubio magis communitate à Doctõribus receptam eſſe, quod nos quoque cenſemus: de iure tamen noſtro Regio habemus deciuſum, quod prædicimus, nempe per l. 36. in fine. titulo 16. partita 3. ibi, ſi el de ſu grado no quiſiere venir a dezir, quæ eſt intelligenda ſecundum Gregor. Lopez vbi ſupra, vt reſertur Zeuallos primo tomo conſuetu. opm. contra communes. quaſt. 75. ad fin.

Teſtis quoque valde amicus præd. Magnatis ob beneficia erga filios ſuos prius collata, & admittendus videtur, quoniam ad hoc, ut amicitia repellat, teſtem, eumque inhabilitet, debet eſſe tanta, quod propter amicitiam vnus reſultaret odioſitas alterius partis, contra quem teſtificat, vt declarat Bald. in l. ſi quis. columna final. numero 8. C. de teſtib. Alex. conſil. 78. num. 1. & 2. lib. 1. & conſil. 4. numero 9. & conſil. 76. viſo libello, columna final. volumine 6. quem reſert, & ſequitur Ferret. conſil. 392. numero 27. & communem teſtatur plures allegans Farinat. de oppoſ. contra teſtes. quaſtione 55. numero 236. vbi à numero 232. hanc materiam declarat.

Similiter non obſtat, quod domeſtici, etiam ad probandum ea, quæ domi facta ſunt, non recipiuntur in teſtes, nec illis magis creditur, quam aliis in præiudicium præcedentis matrimonij ſolemnis. vt ſupra dicebatur pro priori parte. Quia primo reſpondemus, contrarium non proballe in hac ſecunda parte quando domeſtici ſunt bonæ famæ, & opinionis, etiam, ſi agatur de dirimendo matrimonio, non ſolum quando matrimonium eſt occultum, ſed etiam publicum, quia melius per hos, & conſanguineos probari poteſt, quam per extraneos.

Secundo, quod in propriis terminis, in quibus loquutus eſt Carol. Ruyra d. conſil. 149. & 150. dum tenet, quod matrimonium clandestinum nocte occulte celebratum non probetur teſtibus domeſticis in præiudicium matrimonij publici, & ſolemni poſtea celebrati, quia hoc negotium eſt eius nature, quod actu, & habitu alij teſtes adeſſe poterant matrimonio clandestino occulto: in hac, inquam, eadem ſpecie contrarium tenet Aretin. conſil. 13. num. 17. vbi concludit, quod non ſolum admittuntur domeſtici in hoc caſu, & ſic ſuper iis, quæ diſſiciliter per alios probari poſſunt, ſed quod aliis præferuntur, idem tenet Decius conſil. 162. num. 14. verſic. 4. ita reſpondens ad regul. d. ca. 1. de conſang. & affini. & allegat alios DD. ita tenentes, quos etiam ſequitur in propoſito Ioan. Baptiſta Ferret. conſil. 364. num. 14. ergo cum in cauſa præſenti diſſenſus ſit prius emiſſus occulte ob metum reuerentialem patrii antequam prius matrimonium ſolemne celebraretur, poteſt recte probari teſtibus domeſticis & conſanguineis, vt ita lateat patrum: & confirmatur, quia cum ipſe patrum occulte, clauſis januis coram ſuis familiaribus fecerit, & induxerit ſuum nepotem, vt mandatum daret in ſcriptis ad primum matrimonium contrahendum, nimirum, ſi nepos eodem ſecreto, & cautela vſus fuerit ad diſſentiendum, & contradicendum.

Denique teſtes domeſtici prædicti, nullum alium defectum patiuntur, quam illum ſolum, quod ſint domeſtici, hic autē iam eſt purgatus ex ſupra dictis.

Non obſtat etiam, quod pro priori parte adduximus, nempe, quod in cauſa matrimoniali teſtes inhabiles non admittuntur cum alio habili: item, quod numerus teſtium non ſupplet defectum: reſpondemus namque primo: quod in noſtris ſpecie domeſtici non ſunt inhabiles, vt probauimus: ſecundo, quod contrarium tenet Decius d. conſil. 163. n. 27. ſcilicet, quod in probando matrimonium, numerus teſtium ſupplet defectum perſonarum, cum Aret.

Aret. conſil. 17. & And. Sicil. conſil. 11. lib. 3. & conſil. 16. lib. 4. & rufus Docius vbi ſupra, numero 28. probat, quod dato eſſent probationes imperfected, debent coniungi propter multas præſumptiones, & coniecturas manifeſtas, quæ in ſuo caſu concurrebant, (vt in noſtro concurrunt) ex quibus in cauſa matrimoniali idem eſſe dicendum ibi, probat: de quibus videndus eſt etiam Farinat. de oppoſ. contra teſtes, quaſtione 55. numero 199. & 110. & quaſtione 62. numero 325. & 328. cum ſequentibus.

Superest igitur ſufficiētiffime ſatisfactum fundamentis prioris partis, & hæc ſecunda bene probata. ita vt ſemper cenſuerim recte fuiſſe iudicatum prius matrimonium prædicatum per procuratorem celebratum, fuiſſe nullum, ob defectum conſenſus, ac per conſequens, ſecundum validum, vt poſt decisionem præſentis cauſe in terminis tenet, & probat Fr. Alphoſ. de Vega in ſi Sum. de caſſis de conſenſu. editioe prima. ann. 1594. lib. 4. caſu 265. ſolutio mibi 231. cum ann. proxime præcedenti 1593. fuiſſet prolata prædicta ſententia diſſinitia in Regia Curia, & Regali Conſilio pro ſeptem iudicibus Apoſtolicis conformiter electos per Regiam Maieſtatem Philippi II. Hiſpaniarum Regis, quorum iudicium vnus nos fuimus ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Amen.

98 Denique in materia d. cap. final. de procurat. lib. 6. obſeruandum eſt, nullam deſiderari aetatem, nec aliam qualitatem in procuratore ad matrimonium celebrandum, præter eam, quam ius naturale expoſcit ad explicandum conſenſum nomine alterius, nimirum rationis vſum, vt lariffime, & recte, quampluribus fundamentis comprobatur Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. diſputatioe 11. numero 8. per totum, reſpondens fundamentis contrariis de procuratore ad negotia, prout eſt, ad matrimonium contrahendum, debere eum eſſe ætatis decem & ſeptem annorum: inter alia autem fundamenta huius partis in fauorem matrimonij, illa duo mihi veriſſima eſſe oſtendunt, & requiruntur, primum, de præſentia parochi requiſita ad valorem matrimonij iuxta Decretum Concilij Tridentini. qua ſupplet defectus ætatis 17. ann. procuratoris, vſus rationis capacis ad exprimentum conſenſum ſui domini. Secundum quod ſicut conſenſus puberis, qui habet ætatem 14. annorum completam, ſufficiens eſt ad obſigandum matrimonio, coram parochio, & teſtibus præſtitus, vt patet, ita & eodem modo ſufficiens eſt omnino debet ad præſtandum conſenſum legitimum coram parochio, & teſtibus pro domino ſuo, à quo habet ſpeciale, & ſufficiens mandatum ad matrimonium valide contrahendum. Duriffimum enim, atque abſurdum, indignumque credire eſſet, aſſerere contrarium, præterquam, quod nulla ratio differentie inter hos caſus dari poteſt.

99 Teſtes autem ad matrimonium non requiruntur, quod ſint rogati, quia id nullo iure caverit: imo ad rei geſtæ fidem faciendam, teſtes non rogati ſufficiunt, l. ſidem. ff. de teſtib. & inter caſus, qui bus requiruntur, quod teſtes ſint rogati, vt in aut. rogatus, C. de teſtib. junctis gloſſa verbo in teſtamentis, & in d. l. ad ſidem verbo non rogati, & l. 32. tit. 16. partita 3. matrimonium non numeratur: ergo in eo non requiruntur, quod teſtes ſint rogati, & in terminis ita tenet gloſſa in cap. noſtrates verbo inuitus 30. quaſtione 5. Aret. conſil. 14. Decius conſil. 169. Soe. cin. in ſua reg. juris regula 420. in fine. lueria T. Nauar. lib. quarto. conſil. in prima editioe, titulo de ſponſal. conſil. 20. numero 1. & in ſecunda editioe, titulo de clauſis deſponſat. conſil. 11. nu. primo. Gregor. Lopez in l. 1. verbo, ſin teſtibus, titulo 3. part. 4. Segur. in Director.

Indic. Eccleſiaſt. ſecunda parte, cap. 15. numero 3. Enríquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 9. quos ſequitur Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. diſputatioe 41. numero 7. aduſus gloſſam in cap. teſtes verbo aduſerius. 3. quaſtione 9. & Barba. conſil. 45. numero 3. volumine 1. qui contrarium ſine iure tenebant, & quamuis in hoc articulo referat duas opin. communis contrarias Zeuallos præſertim, primo tomo, quæſt. 434. prima, tamen ſuprad. ſententia, quæ habet non requiri, quod teſtes in cauſa matrimoniali ſint rogati, eſt verior, magis communis, & tenenda, vt cenſeo abſolute dubio, maxime attento Sacro Concilio Tridentini, quia id non requiritur, ſed ſolum ſimpliciter, & abſolute, quod interueniant duo, vel tres teſtes coram parochio quando celebratur, & contrahitur matrimonium cum Decreto irritante ſi alter celebretur matrimonium, vt patet ex cap. 1. de reſtitutione matrim. ſeſſione 24. & tamen ſi requireretur, quod præd. teſtes ſint rogati, id exprimeretur à Concilio, cum in eo forma omnino obſeruanda præſigatur, hoc non exprimitur, nec requiritur: igitur, &c. Et ita merito, inquit Zeuallos vbi ſupra, quod non ſeruat contraria opinio de conſuetudine.

Nec etiam opus eſt ad valorem matrimonij celebrati per procuratorem, quod parochus, & teſtes, qui ei interſunt, videant literas in quibus continetur poteſtas procuratoris, ſed tantum quod mandatum ſit ſufficiens, & quod exprimat eorum eis conſenſus de præſenti, alias deberent eſſe viri docti, vt ſciant, an ea poteſtas ſit ſufficiens, necne? Imo, ſi aliud diceretur, cenſeretur iudices. Præterea, nullo iure repetitur requiſitum, quod mandatum ad negotia prout eſt, matrimonium legatur, vel videatur à teſtibus contractus pro valore ipſius, hoc namque ad partes contrahentes attinet, ſuoque periculo cedit, ſi enim mandatum procuratorum ſufficiens fuerit, valebit contractus eius virtute celebratus, ſin minus ſecus, in matrimonio autem examina mandati ad Ordinarium ſpedat tanquam iudicem, vel in eius defectum ad parochum, cuius aſſiſtentia, & præſentia pro valore matrimonij requiruntur: cæterum ſi mandatum ſit alius ſufficiens, & conſenſus de præſenti in forma debita præſtetur, valebit quidem matrimonium, quamuis ipſi præd. mandatum non viderint, nec legerint, tamen Ordinarium ratione contemptus poſſit procedere contra eos, quos in hoc culpabiles inuenit, præſertim, ſi abſque eius licentia monitiones fuerint omiſſæ, vel remiſæ, ſicut valet matrimonium, quod celebratur per ipſomet contrahentes coram parochio, & teſtibus, ſine licentia Ordinarij, & abſque monitionibus, vt in præfato Concilij Tridentini Decreto, in verſic. qui alter: accedat præterea praxiſ totius Eccleſiæ, quæ hoc recipit, nempe vt non ſit opus, quòd parochus, & teſtes videant literas, in quibus continetur poteſtas procuratoris ad celebrandum matrimonium, de qua praxi teſtatur in propoſito Thom. Sanchez lib. 5. de matrimonio diſp. 8. ſub n. 24. ibi, nam quando aliqui, &c.

Vltimo addimus, optime facere contrahentes per procuratorem, ſi poſtmodum ipſimet iterum matrimonium incant, ad tollendos ſerupulos: nam quamuis cætera ſacramenta repeti nequeant eadem materia manente, hoc tamen eſt in matrimonio ſpeciale, quia cum ſit contractus, cuiusque materiam, & conditiones retineat, poteſt, ea parte, qua contractus eſt, cæterorum more, ſæpius reiterari, vt volunt DD. quos reſert, & ſequitur Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio, diſp. 11. num. 31. vbi quod reiteratur matrimonium, ne forte prior conſenſus reuocatus ſit.